



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

De Ordine Procedendi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

Et proverb. 11. Si quod nouit loquitur ius-  
tificatus est. Hinc illa dicta sunt: μηδὲ δίκιος  
περὶ ἀμφοῖρ μῆθορ ἀκόσιος. Item:  
πεπονημένος ἀδαίμονας ἀνδρας ἐάστε.  
alex Attica erat: δὲ ἀμφοῖρ ομοίως ἀκροστικός.  
Et 1. Timoth. 5. Aduersus Presbyterum  
recipias accusationem, nisi duobus aut tri-  
bus testimonibus exhibitis. Et 2. Corinth. vltimo  
Paulus inquit, se cum redierit Corinthum, cognos-  
catur, ut surum esse severitate. Sed cognos-  
cendum promittit: In ore duorum testimoniis aut  
trium stabit omne verbum.

Nequaquam igitur comprobanda est tyrannus  
seu Pontificum, seu Regum, seu Pastorum,  
quorumcunq; qui sine villa cognitione edunt  
sollemnem tristissimam sententiam, & saeuunt in ho-  
mines vel innocentes, vel sine admonitione pro-  
videntes. Nunc igitur & de ordine cognitionis  
adandum est, qui in Euangelio expressus est.

## DE ORDINE PROCEDENDI.

Sive crimen notorium est, sive ambiguum  
mutata admonitio præcedat accusationem in iuri-  
cio faciendo.

Hic primus gradus est Matth. 18. positus: Si  
deliquerit aduersus te frater tuus, corripe eum  
ante & ipsum solum. Et Paulus expresse in-

V 3 quiet

quit ad Titum ultimo capite: Hæreticum hominem post unam ac alteram admonitionem vitato.

Ac præsertim de doctrina opus admonitione. Quia prius sunt docendi homines et discernendis dociles ac infirmi, a pertinacibus, ut Gala. 6. dicitur: Si quem aliquis lapsus præuerterit, vos rursus facite integrum spiritu leuitatis. Et Roman. 14. Infirmum in fide assumite, non ad dubitationem.

Hæc dicta postulant initio fieri admonitionem.

Sequens gradus est spreta admonitione accusare et conuincere sontem, exhibitis testibus apostoli Ecclesiam, ut ibi quoq; scriptum est: Die Ecclesiæ. Vbi hæc duo diligenter consideranda sunt: Summum iudicium in hac visibili Ecclesia, neq; penes unum aliquem Tyrannum esse neq; penes promiscuum vulgus, sed penes Ecclesiam, id est, electos ex multis, peritos ad iudicandum. Sicut in Actis Cap. 15. dicitur: Conuenerunt apostoli et seniores de verbo hoc. Item 1. Corinth. 14. Si fuerit sedenti reuelatum, taceat prior.

Ita Antiochiae in causa grauissima de dicto Iohannis: In principio erat verbum, institutus est processus contra ipsum Episcopum, cui nomen erat Paulus Samosatenus. Et iudices fuerunt viri grauissimi in eadem Ecclesia, et multi accusati ex viciniis, ut Gregorius Neocæsariensis, et alij.

V

Secundus

Secundo, hic expresse fit mentio testium.  
Is hoc fonte multæ leges natæ sunt, quæ præcio-  
nit de modo cognoscendi controversias.

Ac valde memorabile dictum est, quod extat  
n. cap. Deut. his verbis: Audias, inquiras  
me, & cum fuerit verum, certum, puniat.

Vult iudicii ita notam esse veritatem, ut sit  
tenuis, nec sequatur tantum suspicione, aut ini-  
citas opiniones, sicut sæpè in controversijs reli-  
gionis Reges & Episcopi sequuntur opiniones era-  
re multitudinis confirmatas, non inquirunt  
veritatem veritatem.

Exodi 13. nominatim præcipitur, ut caueas  
mus, ne decipiamur iudicijs multitudinis: Non  
sequaris turbam in iudicio.

Congruunt autem hoc multa dicta, ut illud  
Platonicum: Σὲ κρίνεπον πλήθες, & μᾶλα ἐπι-  
σκλαν.

## SECVNDA CON- CLVSION.

Cum sententia excommunicationis, quod ad  
ipsam causam attinet, iniusta est, necesse est cor-  
demnatum tamen retinere confessionem verita-  
tis, iuxta illud: Si angelus de cœlo aliud Euange-  
lium docet, anathema sit.

Hic antithesis consideretur, Papa excommu-  
nicans nos anathemata, id est, maledicta esse  
horribilia.